

1159-1181, decretale di Alessandro III (2,X,22,2):

scripta vero authentica, si testes inscripti decesserint, nisi per manum publicam (gl. idest per notarium) facta fuerint, ita quod apparent publica, aut authenticum sigillum habuerint, per quod possint probari, non videtur nobis alicuius firmitatis habere;

1216, Tancredi, *Ordo iudicarius*, P. III, tit. 13, par. 6:

species autem probationis sunt sex; probatur videlicet per evidentiam facti, per famam, per praesumptionem, per iuramenti delationem, per testes et per instrumenta.

E tit. 13, par. 2:

instrumentorum duae sunt species: aliud est publicum, aliud est privatum. Publicum est, quod publicam habet auctoritatem. Et species eius sunt plures: nam publicum instrumentum est, quod scriptum est per manum publicam, id est per manum notarii publici, hoc est tabellionis, et in publica forma redactum... Item dicitur publicum, quod authenticō sigillo sigillatum est... Tertio dicitur publicum, quod iudicis auctoritate est exemplatum et authenticatum... Quarto dicitur publicum, quod in iudicio scribitur apud acta publica... Quinto dicitur publicum, quod habet subscriptionem trium viventium testium... Sexto loco dicitur publicum, quod de archivō seu armario publico producitur

53

(*Su minute e imbreviature:*)

- **Odoardo:** «Tabelliones semper primo scribunt in quaterno suo, et ista scriptura vocatur scheda».
- **Glossa anonima:** «Sceda est illa carta quam notarius scribit cursorie presentibus partibus, ut melius recordetur qualiter conventum fuerit inter partes».
- **Altra glossa anonima:** «At vocatur protocollum quasi prima scriptura. Alibi vocatur vulgariter nota. Set dicitur scriptura quam facit de bona lictera et grossa...».
- **Mattarelli:** l'imbreviatura «habet omnia quae debet habere instrumentum... imo habet hoc plus, quia ipsa est originalis».

(*Su originali e copie:*)

Rolandino: «Exemplar dicitur ipsa originalis scriptura, genus videlicet ex quo generatur et sumitur exemplum. Quod quidem exemplar appellatur etiam originale et autecticum. Exemplum vero quod habetur inde vel sumptum est ex scriptura exemplata, generata vel sumpta ex priori sive originali scriptura. Unde versus: exemplar genus est, exemplum quod trahis inde. Vel sic: exemplar generans, exemplum quod generatur».

(«*Exemplar* [= modello] viene detta la stessa scrittura originale, vale a dire il ceppo da cui è generato e tratto l'*exemplum* [=copia]. Il quale *exemplar* è chiamato anche originale e *authenticum*; l'*exemplum*, in verità, ciò che si trae o è stato tratto da una scrittura copiata, prodotta o tratta da una scrittura precedente o originale. Di qui, dunque: l'*exemplar* è il modello, l'*exemplum* ciò che ne viene tratto. O così: l'*exemplar* è ciò che genera, l'*exemplum* ciò che è generato».)